

excessum: quæ natura, non plus reprimunt, quàm impediunt.

Tandem incommoda secum vehunt Chymicorum operosæ præparaciones. Pharmacopœo nocent, cùm brevius asseruentur, in præcipitio cõrruptionis constituta. Nocent ægroto, dum cariora sunt, quàm vel mediocres ipsius patiantur facultates. Pereunt facilè, cùm sint tenuis essentiæ, quæ dicto citius evanescit. Carè prostant, quòd magno & labore & precio artificibus constet illorum confectio. At heic quoque moderatius sentiendū est. Vult Hippocrates remedia debere esse *εἰς παλαιώσιν μεμεληήμια*, quò vetustatem ferant. Talia sunt Chymicorum. Quæ enim corrumpuntur, a quo sæ humiditatis vitio eam aduersitatem incurrunt. Extrarius calor latentem humorem, quo cohærebant partes totius contiguæ, educit. Hæ vinculo ablato, iam dilabuntur & pessum eunt. Hoc est, quod dicit Galenus: *Φαίνεται ἔξ ὑλης μὲν ὑγρᾶς πᾶσαι γίνεσθαι σηπεδῶν, αἰτίας δὲ δρασηκῆς, ἀλλοτριῆς τε καὶ ὡσαύτῃ φύσιν θερμᾶς, συνεπαύξεσθαι δὲ ὑπὸ τῆς ἀκινήσεως*. Videtur, inquit, putredo omnis ex materia gigni humida,

An facile  
pereant re-  
media Chy-  
mica.

De Ele-  
gantia n.  
241.

3. Epid.  
com. 3. 4<sup>m</sup>  
phor. 1.